VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh. Seite 48r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



gens iustorum timentium mala sua. et preparata
ad mortem. clamaueruntque ad dominum. Et
illis uociferantibus. fons paruus cre
uit in fluuium maximum. et in aquas plu
rimas redundauit. lux et sol ortus
est. et humiles exaltati sunt. et deuorauerunt
inclitos. Quod cum uidisset mardocheus
et surrexisset de stratu. cogitabat quid dominus
facere uellet. et fixum habebat in animo
scire cupiens quid significaret somnium.

Morabatur autem eo tempore in aula regis
cum bagatha. et thara xii.
eunuchis regis qui ianitores erant pa
lacii. Cumque intellexisset cogitationes
eorum. et curas diligentius perdidisset. didicit
quod conarentur in regem artarxerxen ma
nus mittere. et nuntiauit super eo regi.
Qui de utroque habita questione. confessos du
ci iussit ad mortem. Rex autem quod gestum
erat scripsit in commentariis. sed et mar
docheus regi memoriam in litteris tradi
dit. Precepitque ei rex ut in aula pala
cii moraretur. datis ei prodelatione mune
ribus. Aman uero filius amatlathi puge
erat gloriosissimus coram rege. et uoluit
nocere mardocheo. et propter eius pro duobus re
gis eunuchis. qui fuerant interfecti.
Huc usque premium. Verba ieronimi.

Que secuntur in eo loco posita erant ubi
scriptum est in uolumine. et diripu
erunt bona uel substantias eorum. que in
sola uulgata editione repperimus.

Reple autem hoc exemplar fuit.

Rex maximus artar xiii
xerxen. abindia usque ethyopiam.
c. xxvii. prouintiarum. principibus et duci
bus. qui eius imperio subiecti sunt. salutem dicit.
Cum plurimis gentibus imperarem. et
uniuersum orbem mee ditioni sub
iugassem. uolui nequaquam ab uti po
tentie magnitudine. sed clementia et le
nitate gubernare subiectos. ut absque
ullo terrore uitam silentio transientes.
optata cunctis mortalibus pace frue
rentur. Querente autem me a consiliariis
meis. quomodo hoc posset impleri. unus qui sa
pientia et fide ceteros precellebat. et erat
post regem secundus aman nomine. indica
uit mihi in toto orbe terrarum populum esse
dispersum. qui nouis uteretur legibus. et
contra omnium gentium fatiens con
suetudinem. regum iussa contempneret.
et uniuersarum concordiam nationum sua
dissensione uiolaret. Quod cum didi
cissemus. uidentes unam gentem rebel
lere aduersum omne hominum gen
us. peruersis uti legibus. nostrisque iussionibus con
traire. et turbare subiectarum nobis prouin
tiarum pacem atque concordiam. uissimus: ut
quoscumque aman qui omnibus prouinciis preposit
us est. et secundus a rege. et quem patris loco coli
mus monstrauerit. cum coniugibus ac
liberis deleantur ab inimicis suis. nul
lusque eorum misereatur quartadecima die duo
decimi mensis adar anni presentis. ut
nefarii homines uno die ad inferos
descendentes, reddant impio nostro pacem
quam turbauerant. Huc usque exempl
ar eple. Verba ieron.

Que secuntur post in eo loco scripta
reppi ubi legitur. pergensque mardocheus
fecit omnia que ei mandauerat hester.
nec tamen habentur in hebraico. et apud nul
lum penitus feruntur interpretum. Mardo
cheus autem deprecatus est dominum, memor omni
um operum eius et dixit. Domine domine rex
omnipotens: inditione enim tua cuncta sunt
posita. et non est qui possit tue resistere uo
luntati. Si decreueris saluare nos.
continuo liberabimur. Tu fecisti celum et
terram. et quicquid celi ambitu continetur. Dominus
omnium es. nec est qui resistat maiesta
ti tue. Cuncta nosti. et scis quia non pro su
perbia. et contumelia. et aliqua glorie cupidi
tate fecerim hoc. ut non adorauerim amam
superbissimum. libenter enim pro salute israel. et
uestigia pedum eius deosculati paratus
essem. sed timui ne honorem dei mei trans
ferrem ad hominem. et nequaquam ado
rarem excepto deo meo. Et nunc domine rex
deus abraham miserere populo tuo. quia uolunt
nos inimici perdere. et hereditatem tuam
delere. Ne despicias partem tuam et here
ditatem tuam quam redemisti de egypto.